

homo totus ex omni quod est quod potest. quod scilicet ad dominum se conuertit. hoc est quam ad omnem cogitationem. intentionem. dilectionem. operationem. deuotionem. affectionem. conuertimus ad deum. et toto conamine auertimus hic a mundo. unde pater noster qui hanc conuersionem plenam in se habuit ipsam declarat sic dicens quod facta eorum quod retro sunt obliuio et perfectio in anteriora extentio. ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio et sic pater ex quibus causis pater noster beati. plene lune assimilatur et comparatur.

¶ Sequitur tertium principale scilicet quasi sol resurgens. In quo verbo venerabilis pater noster non a principio non a medio sed a fine summationis et a plena perfectione vite sue convenientissime commendatur. Comparatur autem soli propter tres proprietates. habet enim sol illuminare. occulta manifestare et generare. de primo dicit plato in thymeo. Ingeminauit deus rerum conditor lucem clarissimam quam solem vocamus. cuius splendore celum superius et omnia inferius illustrantur. de secundo dicitur in naturis rerum. quod sol habet virtutes discretiuam. Nam colores et rerum species et figure que in tenebris sunt ignote. per presentiam solaris luminis cognoscuntur et ab invicem discernuntur. de tercio dicit philosophus homo generat hominem et sol. nihil enim nascitur et generatur nisi per virtutem solis adiuuetur. Sic venerabilis pater omnem hominem ad se uentem illuminauit et edificauit per sanctissime vite conuersionem. occulta manifestauit per librorum compilationem. in quibus occulta spiritualium bonorum et spiritus sancti. quam in occultis agit dispensationem pre omnibus doctoribus denudauit. de quibus oculis ipse dicit beatus quod in occulto percipit uenas futuritatis eius. Multos etiam generauit per predicationem. nam in christo iesu per euangelium multos ipse genuit. Et sic patet ordo. quia in primo statu per conuersionem sic in medio statu per imitationem lune perfectus iam in se factus in ultimo statu. soli assimilatus ad edificandum proximum se conuertit. per iesum christum dominum nostrum.

LXXIII

De eodem sermo secundus

O mne preciosum vidit oculus eius et profunda fluuiorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem. iob. xvij. di. greg. In sacra scriptura videte eligere dicitur sicut in euangelio scriptum est cum esset sub ficu vidi te. id est positum te sub umbra legis elegi. sicut preciosum id est quod perfectum. nihil enim in humanis rebus preciosius est perfectione per oculum autem ut ait beatus. intellectus accipit sicut enim dicitur. Oculum meum intelligentia mea. Est itaque sensus beati beati. intelligentia elegit omnem perfectionem. **¶** In quibus verbis cum sequentibus a triplici prerogativa sublimiter et mirifice commendatur scilicet a uite operosa perfectione. sacre scripture per sensus mysticos studiosa elucidatione. fidei et fructuosa predicatione. Ista tria sunt nobiliora bona. que homo sanctus consequi poterit in hac vita. primum propter se. secundum propter deum. tertium propter proximum est misericorditer consecutus. primum ibi. omne preciosum vidit oculus eius. secundum ibi. profunda fluuiorum scrutatus est. tertium ibi. abscondita produxit in lucem. **¶** Autem in hoc thymate predicta tria preconia congrue designentur per auctoritates sacre scripture lucide declaratur. Et primo de i. dicitur. Jere. xv. Si sepe aueris preciosum a vili. quasi os meum eris quod exponit greg. di. Utilis est mundus presens. anima preciosa. qui ergo preciosum. id est animam a vili id est a mundo perfecte et plene sepeperat. ille per omnia est perfectus et talis erit deo familiaris. sicut nos ori nostro familiares sumus quia semper ei delectabilia ministramus. de. ij. iterum dicit greg. quod hec flumina nisi antiquorum patrum dicta nunc cupantur. et subiungit. Quis enim pensare sufficiat quam vehemens fluuius dum legem condere ex pectore et ore moysi erupit. quam vehemens fluuius ex ore dauid defluxit. quam ex salomonis ore et omnium prophetarum flumina manant. hec ergo flumina et maxime salomonis cantica canticorum quam profunde scrutatus est venerabilis pater beatus. cum per mysticos sensus tam gloriosas inias a deformi litera exhauserit. Unde gre. de se et alijs sacre scripture expositoribus dicit. Nos qui veniente domino

in fluminibus scripturarū interna et spūalia
 quimus quid aliud agimus nisi quia eorū
 profunda rimamur de. iij. di. greg. Abscondi-
 ta in lucem producimus dum sensus misti-
 cos subtili intellectu absconditos predican-
 to populo annūciamus. Et hec de laude glo-
 riosi patris nostri bernardi. breuiter ta-
 cta sufficiant. Quippe qui laude nostra non
 indigeret eo quod pene ipse per omni vitam suam
 signis et miraculis deus laudauit et laudan-
 do mirifice comendauit et ideo perfecte a summo
 laudatore deo magnifice est laudatus. taceamus
 interim laudare eum. quia ut ait ambrosius
 Perfecte laudi aliquid addidisse decerpisse
 est. Verum quia suprema laus gloriosi patris
 est filius sapiens ut ait salomon. Nos ad lau-
 dem suam ipse studeamus imitari quod per ma-
 xima laude accipit pater noster. Dicit enim
 augustinus. Nulla laus et nullus honor deo et sa-
 cris eius maior et gratior poterit exhiberi quam
 si patres imitemur ipsorum vestigijs fide-
 liter adherentes. Verum quia paucorum est
 predicare et verbum dei adhuc paucissimorum
 scripturam exponendo elucidare. ideo hec duo
 membra salicij secundum et tertiū intermittere ad per-
 fectionem feramur que in primo membro est
 proposita sermonem qui in manibus est exor-
 dientis. qualiter gloriosum patrem nostrum
 beatum. et si non in plena perfectione saltem in
 perfectionis studio et conamine imitemur. hoc
 enim requiritur votum nostrum ut per gratiam
 adiuti conemur perficere vitam nostram. nam
 qui ab hoc conatu deficeret veniret in quibus con-
 tra votum. **P**ropter quod sciendum quod
 perfectione religiosorum loquētes tria per ordinem
 persequimur. scilicet de voti integritate. interiori prepa-
 ratione et de ipsa perfectione. De primo adhuc di-
 cantur duo. scilicet de voti integritate. scilicet de dei re-
 muneratōe. De primo sciendum quod sunt tres re-
 rum habitus tria resignauimus propter deum
 scilicet res corpus et animam. Res per voluntariam
 paupertatem. corpus per mundam castitatem. animam
 resignando per obedientiam propriam et voluntatem
 hec enim tria sunt impediētia studium perfectionis
 et ideo sunt abijcienda ne nos impediāt a per-
 fectione. Propter quod videndum est quomodo singula
 hec abijciantur. et primo ante alia de rebus plena
 abdicatōe studētes nuda paupertatem intrare

vite nostre. **D**ecantur paupertas ut plena et in
 suo genere sit perfecta in tribus consistit scilicet in omni-
 bus plena denudatōe. usus abdicatōe et in hu-
 militatis profunda et contemptibili cordis et cor-
 poris humilitate. hec enim sequitur ad paupertatem
 veram. **M**undus enim omnem hominem continet qui
 se continet et hec tria faciunt hominem perfectum
 in genere paupertatis de qua dicitur mattheus. **S**eruis
 perfectus es vade et vende omnia que habes et sequere
 me. **S**ecundo studeamus plene et perfecte renū-
 ciare corpus nostrum hoc enim promissimus per
 votum castitatis. quod tunc in suo genere ad per-
 fectionem statim ducimur si in omnibus spiritus corporis sub-
 iectum nil unquam propter se agere permitat sed to-
 tum dei obsequijs tanquam vere suum duplici iure
 scilicet emptione et voti promissione mancipet nam
 de emptione dicit apostolus. **E**mpri enim estis pretio mag-
 no. scilicet precioso sanguine agni immaculati. et ideo
 subiungit. **G**lorificate et portate deum in corpore
 vestro. **D**e voti autem promissione dicit de vtro. **C**um
 voueris votum domino deo tuo. non tardabis
 reddere quod requirit illud a te dominus deus tuus
 si nolueris polliceri aliquid peccato eius. **E**t
 autem semel egressum est de ore tuo et quod
 corpus ad hoc creatum est ut anime siue spi-
 ritui famuletur. ideo quoniam ad hoc creatum est tunc
 in suo genere est perfectum. **A**d quod faci-
 endum corpus nostrum est triplici exercitio assue-
 sciendum. scilicet omnium ualorum fortissima re-
 luctatione. difficultate et arduorum strenua
 operatione. omnium sensuum et membrorum
 unanimi coadunatione. **D**e primo. **E**cclē.
Seruo malinolo toritura et compedes. **I**te-
 ber. **D**ocendus est nouus homo sic habere cor-
 pus suum sicut egrum commendatum. cui est
 multum uolenti inutilia sunt neganda. uti-
 lia uero etiam nolenti uoluntate ingerenda. **D**e
 ij. di. ecclē. **Q**uodcumque potest manus tua fa-
 cere instanter operare et iterum. **I**n omnibus
 operibus tuis precellens esto. **D**e iij. puer.
In tribus beneplacitum est spiritui meo que
 sunt probata coram deo et hominibus inter
 que est concordia fratrum. de quo ber. **D**abatur
 deuotus homo familiam sensuum et membrorum
 taliter ordinatam et disciplinam. ut cum dixerit
 huic ueni et ueniat. et seruo suo fac hoc et
 absque obediētia faciat. **D**ec tria tam diu agen-
 tes quousque ex assuefactione et gratie subuentione

contra sensum suū incipiat euz delectari q̄e
quid delectat spiritum. quia vt dicit Bern.
Exordinata natura per peccatum si ad deuz
perfecte fuerit conuersa cito recuperat quod
cunq; perdidit auersa. Tercio resignemus
animam deo nostram voluntatem offeren/
do ⁊ eius voluntatem ⁊ sui vicarij faciendo
nam in hoc q̄ nostram voluntatem resigna
mus ⁊ dei voluntatem facimus. animā cui⁹
est voluntas dicimur resignasse. **H**
oc autem si perfecte a gif triplici indiget
a miculo vt videlicet eam nunq; resumam⁹
nunq; remittamus. nunq; scindamus. **N**ā
de prio arguit bern. eos qui in delectabilib⁹
reumunt ppriam voluntatem dicens. Et
quid vos rursus de nobis intromittitis. q̄
semel natura deliberatione preuia volunta
tem vestram dedistis nobis regendam. hoc
enim facientes mentimur deo quod pmisi/
mus non soluentes. de quo act. v. dicit. **N**ō es
mentus hominib⁹ sed deo. de quo Eccl. xij
Ab oratio est deo labia mēdacia. binc. puer.
xxv. **M**ubes. ventus ⁊ plume. non sequen/
tes vir gloriozus pmilla nō soluens. **S**cdo
non solum pmissum nostrū non est resumē
dū sed nec aliqñ remittendū siue minuēdū
sicut em̄ dicit Eccl. xxxv. **N**on minuas pmu/
tas manus tue. priminas volens intelligi
primū feruorem in quo resignamus deo
nostram voluntatem ⁊ promittimus suam
sequi. ne dicatur nobis illud agget primo.
Ne speritis ad amplius ⁊ ecce factū est mi⁹
sed magis deuotio nostra de die in die debz
proficere. vt veraci et dicatur nobis illud.
gen. xvi. **I**bat proficiens atq; succrescens
donec velxmenter magnus effectus est. qui
aut hoc non fecerint illis dicit in apoc. **D**abeo
aduersum te q̄ caritatē pmū dereliquisti. i.
pmū feruorē. Tercio voluntatē nram nunq;
re scindamus ante finē vite sed constanter p
seueremus vsq; in finem. hoc em̄ mandatū
est in lege vbi omne animal iustum est cuz
cauda offerri. nam sicut dicit mat. **Q**ui perse/
uerauerit vsq; in finē hic salu⁹ erit. **E**t
sciendū q̄ hec dei voluntas q̄ promittimus
faciendā nostra resignata. dicit esse in princi/
pio laboriosa. in medio deuota siue affectuo
sa. in fine deliciosa. **N**ā de. i. di. bern. **N**on⁹

homo qui non habet rationem ducentē. af/
fectū trahentem. discretionem moderantez
quadam vi vratur in semetipsum sicut figu
lus insignentum necessitate sibi faciens q̄
necessitatem ⁊ affectum sibi formans cōtra
affectum. donec mereatur plenam accipere
delectationem con. ra delectationem. **S**ecū
do debet in medio esse affectuosa siue deuo/
ta. vt incipiat ei dulcescere opus dei. **N**ā in
hoc medio occurrit ei gratia q̄ coniuncta bo
ne voluntati facit onus dei leue. de quo sal
uat or luc. Tollite iugum meum super vos
quia iugum meum suauē est. ⁊ onus meum
leue. ⁊ hoc est qd dicit bern. **P**rimo aliquid
imporabile est processu rps non adeo gra
ue. paulop⁹ leue senties. paulop⁹ etiam de
lectabit. Tercio in fine voluntas erit delinuo
sa. quia in amorem cōmutata fruitur bonis
dei. sic em̄ di. bern. **M**agna voluntas ad de
um amor est adhesio ē fructu est coniunctō
⁊ caritas est. **H**ec voluntas in principio vo
catur amor. in medio dilectio quasi duoz ⁊
ligano. in fine caritas. i. caritas vnitas. **N**ūc
licet a longe post voti integrationem dice⁹
dū est de dei remuneratione. de qua sciendū
q̄ secundū integratōnem predictorum triū
bitū scilicet rerum corporis ⁊ anime. tripli
cem remunerationē a deo accipimus. **N**āz
pro rerum relicione accipimus centuplica
tionē. pro corpis relicione accipimus in iu
dicio iudiciariam assensionē. pro voluntarij
siue anime relicione accipimus eternaz glo
rificacionez. vnde de primo cū diceret pet⁹
Ecce relinquimus omnia. quid ḡ erit nobis
R̄. dicit dñs. Amen dico vobis q̄ vos q̄ reli
quistis omnia ⁊ centuplū accipietis. de. ij.
itez dicit. **V**os qui secuti estis me. i. relinquent
do corpus sedebitis super sedes. xij. iudican
tes xij. trib⁹ israel. de quibus sic gloriose cuz
xps assidentib⁹ ⁊ iudicantibus dicitur a re
probis in die iudicij. **S**ap. v. **N**os in senla
ti vitam illozum estimabamus infaniā ⁊ fi
nem illozum sine honore ⁊ c. de tercio de in
p̄dicta auitate scilicet centuplum accipietis
⁊ vitam eternam possidebitis. **S**ecūdo
ddm de interiori p̄paratione. de q̄ tra
pcurant. dēmus em̄ p̄ciam ditare. intelli
gentiā subtiliare. reminiscentiā eleuare. **C**ō

sciam enim dicamus si intimam puritatem mei-
 torum copiositatem. viriurum claritatem quoniam
 tum possumus copiamus. nam de. i. dicit
 Eccl. xij. Bona substantia cui non est pecca-
 tum in conscientia. de scdo dicitur prover. x.
 Janus fornum diuinas parat Eccl. iij.
 Cura operum sufficientis sibi condulcolabit
 et in ea inuenies thesaurum. scilicet meritorum
 de tercio eccl. xlij. Sunt homines diuites in
 virtute. De omnibus autem his diuitijs dicitur
 thesaurus desiderabilis requiescat in taber-
 naculo viri iusti. Scdo demus intelligen-
 tiam subnitate. quae uer contingit tripliciter.
 si uiam domini in nobis obseruamus. familiae
 gubernamus. ipsam irreprehensibilem conser-
 uamus. Primo dico intelligentiam subnili-
 amus si omnes uias domini uenientis ad animas
 nostras obseruamus. hoc enim multum primo
 nec et adiuuat nos ad deum. quod fatiebat propheta
 subtiliter dicit. Audiam quid loquitur in me dominus
 deus hinc puer. viij. Beatus qui audierit me
 qui uigilat ad fores meas quotidie. et obser-
 uat ad postes hostium mei. quia qui inuenit
 non inuenit uitam hinc ber. Quando dominus
 ueniat. aut quoniam uadat id plane piculosisime
 ignoratur. cum enim hec circa nos dispensatione
 sancti spiritus uicissitudine uigilantissime non
 obseruatur. fit ut nec absentem desideres.
 nec presentem glorifices. nempe qui ad hoc rece-
 dit ut audius queratur quo non modo si abesse
 nescitur requiritur et qui dignanter ad hoc re-
 dit ut consoletur qualiter digne pro sua maie-
 state suscipit si nec ad esse sentitur. Secundo
 intelligentia nostra tanquam prouida maritona
 diu familiam suam gubernare insolentes et gar-
 rulas famulas compeccando. Quae prouide a-
 gitur si intellectui noster fantasmata carna-
 lum et etiam temporalium que spiritum impediunt
 sub censura ditricissime discipline cohibeat
 nam sicut dicit sap. spiritus discipline fugiet si
 etiam et affert se a cogitationibus que sunt sine in-
 tellectu. hinc greg. Multam nimis familiam
 possidemus. cum cogitationes multas sub me-
 tus dominatione restringimus. ne sue multiudi-
 ne animi supent. ne peruerso ordine discretio-
 nis nostre principatum calcet. **¶** Et hinc cogi-
 tationum nomine turba multa familie signat. scilicet

mus enim quod absente domina ancillarum lingue per
 strepitum silentium deserunt deputati operis
 officia negligunt. totumque libimet o. dinez
 uiuendi confundunt. Et si repente domina
 ueniat. mox perstreptentes linguas retinent
 officium uniuscuiusque operis repetunt. sicque
 ad opus proprium ac si non recesserint reuertuntur
 tur licigitur si a domo mentis ad momen-
 tum ratio discedat quasi absente domina cogi-
 tationum clamor se uelut garrula ancillarum
 turba multiplicat. Ut autem ad mentem re-
 redierit. mox se confusio tumultuosa compe-
 scit et quasi ancille ad iniunctum opus se ta-
 cite repantunt. dum cogitationes prorumpunt
 se ad utilitatem subdunt. Tercio debemus
 intelligentiam irreprehensibilem conseruare
 ut cum iob dicere ualeamus. Non reprehendi-
 dit me cor meum in uita mea. et cum apio
 nil mihi conscius sum ut siue ingrediamur
 siue egrediamur. de contingentibus nil ne-
 gligamus et de prohibitis nil faciamus. hec
 tria figurata legimus thob. x. ubi parentes
 docuerunt Saram domum ordinare fami-
 liam gubernare. seipsam irreprehensibilem ex-
 hibere. Tercio debemus remissionem ele-
 uare quod contingit cum peccatis et uicijis
 leuigati ad modum pluuie ipsa contempla-
 tio eleuat nos ad deum. in qua tria conflu-
 unt scilicet anime nostre sursum eleuatio. dei
 condescensio celestium bonorum degustatio
 que tria Exo. xij. figuratiter proponuntur.
 ubi dicitur. Descendit dominus super montem
 syna in ipso montis uertice et uocauit
 moysen in cacumen et sequitur. locutus est
 dominus ad eum. Nam cum dei descendit
 dominus tangit dei descensionem. cum uer-
 ro subiungit et uocauit moysen in cacumen
 tangit anime ascensionem. eum uero addit
 et locutus est dominus ad eum tangit diuini-
 torum degustationem. que tria tangit gre-
 exponens predictum uerbum. Exo. cum di-
 cit. In legis datione dicitur quia moyses
 ascendit et dominus descendit in monte. quod
 per montem nisi contemplatio accipit in que
 nos ascendimus ut ad ea que ultra infirmi-
 tatem nostram sunt uidentur subleuemur.
 sed in hunc dominus descendit. quia nobis

multum proficientibus parum nobis de se
aliquid aperit nostris sensibus. hęc itaq;
de interiori preparatione dicta perfectum
faciunt interiorē hōiem. de q̄ perfectōe dicit
Exo. xxxix. Perfectū est omne opus taberna-
culi et iter. **ij. Re. ix.** Perfectū est templum
¶ Sequitur terciū principale. s. de ipsa
pfectione. ad quā om̄s alie pnculares pfecti-
ones ordinant̄. et hęc est triplex. Est em̄ pfe-
ctio actionis. passiois. deuotōis siue affecti-
onis vel etiam dilectōis. In his. n. tribus. s.
actōe passione interna deuotione. om̄e exer-
cium hōis continet̄. **Hęc p̄ ordinē percur-
rentes.** Primo dicimus q̄ pfectio actionis
in tribus consistit. videlicet in bonoz opum
que facta sunt obliuione. anterioris extēsiōe
in continua intentōis auida operatiōe. **Hęc
tria faciunt opera nostra pfecta.** Primo di-
co q̄ priorum bonorum obliuio adiuuat o-
pera nostra vt fiant pfecta et hoc contingit.
cū quantūcumq; multa bona facimus. ipsa
post tergum p̄ijcimus et tanq̄ oblita nil ea
penitus curamus. quod facere mouem̄ gen̄.
n. Obliuioni cuncta tradatur retro abūdā-
tia. de vtroq; **¶** Ne dixeris in corde tuo. ppter
iustitias meas dñs dedit mihi hęc terrā pos-
sidendam. quod etiā veritas monuit in euā-
gelio. **Cū feceritis omnia que mandata sūt
vobis. di. ser. in uci. sum.** **¶** Scdm̄ adiuuans
ad pfectionē opum nostrorū cōsistit in ante-
riorū extēsiōe. vt vicijs auido conatu ad agē-
da extēdam̄ tanq̄ prius nil boni fecerim⁹ de
quo dicit **Ec. ix.** Quodcūq; p̄t man⁹ tua fa-
cere instant. et opare. **Et iter. Ec. xxxi.** In oī-
tpe tuo esto velox. **Tercium** faciens opa n̄ra
pfecta p̄sistit incōtinua et auida opatiōis in-
tentōe. vt cum lassari et fatigari deficiamus ī
ope affectu n̄ri conandi nunq̄ deficiam⁹. s;
p̄ nimio desiderio et indeficienti conatu nec
ea que fecimus vel que iā facimus penitus
nil curamus sed sp̄ velimus plus q̄ possu-
mus opere adimplere. ne incurram⁹ illud ī-
pperitū iere. **Nec iuxta vires conat⁹ ē** facere
de his tribus sicut sup̄ dicit̄. **ap̄. philip. iij.** Nō
q̄ iā apprehēderi aut p̄fect⁹ sum. et subiungit
Unū aut̄ necessariū ē. q̄ retro sūt oblit⁹ ad ea
q̄ priora sūt me extēdens qd̄ exponit **Berth-
di.** In v̄bis apli manifeste declaraf̄ q̄ pfe-

cta eoz q̄ retro sūt obliuio et pfecta in antea
ora extēsiō. ipsa est hōis iusti in hac vita per-
fectio. **¶** **Secūdo** dicim⁹ q̄ ē pfectio pas-
sionis. Cum em̄ multi s̄m diuersitate affe-
ctōm diuersimode suas passiones patiunt̄.
inter illas t̄m ē aliq̄ sufferentia tā nobilis et
tā facta vt in genere passionū locū obrineat
pfectōis. **Que** vicijs passioes vt pfectōis ter-
minū attingāt sūt tribus floribus decorade vt
sc̄z sufferamus innocēter p̄stāter gaudenter.
Primo dico nostre passiones sufferant̄ ino-
cēter. vt quicquid nobis a deo vel ab hōie
inflicum fuerit. cum culpam non inueniat
quam purget granam augeat in afflicto. sic
beato iob euēnisse legimus. in quo cum cul-
pa non esset que corrigeretur omnis ei⁹ sub-
stantia sibi extitit duplicata. **De** tali passio-
ne dicit iob. **ix.** Non de penis innocentium d̄s
rideat. **Quod** exponens greg. di. **Si** n̄suz
dei beatus iob eius leticiam appellat. tunc
tanto suauius de penis innocentium domi-
nus dicitur letari. quanto nos videt am-
plius innocentes. **Nam** quasi quoddam ei⁹
ex pena nostra gaudium facimus cuz pena
culpam non inuenit quam castigat. sed ex
ea gratia et meritum cumulat. **Nam** p̄ea
que in nobis peccatoribus culpam percunt
innocentibus gratiam auget. hinc petr⁹. hęc
est gratia si propter conscientiam dei susci-
net quis tristitias patiens iniuste. **Que** n̄
est gloria si peccantes colaphizati sufferitis.
sed si beneficientes patienter sustinetis hęc
est gratia apud deum. **Secundo** passiones
sufferantur gaudenter quod nobis erit faci-
le si attendimus cumulum meritorum quē
nobis insinuat dñs mar. v. di. **Beati** eritis
cum vos oderit homines vsq; gaudete et ex-
ultate ecce enim merces vestra multa est in
celis. cui consonat **Jaco. di.** **Omne** gau-
dium existimate fratres cum in temptatiōes
varias incideritis et. **Tercio** sufferende sūt
constanter quod facile nobis erit si et passio-
nis breuitatem et fructus eternitatem perspi-
cimul. **Nā** de primo dixit angelus ad thob-
quinto **Fortis** omnino esto in proximo ē vt
a deo curetis. de eternitate autem premij.
dicitur **Ecclesia. tricesimo** primo. **Et** erit illi
gloria eterna. de vtroq; autem simul. di. ap̄

2. **L**oz. Id quod est momentaneum in presen-
 ti & leue tribulationis super modum in sublimi-
 tate eternum glorie pondus operatur in nobis
Sequitur videre de tercia perfectione
 que est deuotionis. De qua sciendum quod tres
 particulares deuotiones ad eius confluunt
 perfectionem. constat enim ex caritatis in flama
 tione. corporalium & sensibilibus extinctione
 vocalium orationum deflectione. hec per ordinem
 prosequentes. Primo dicimus quod ad perfec-
 tionem deuotionis necessario requiritur magne
 caritatis inflamatio. quod contingit cum co-
 caliter orantes vel mentaliter meditates
 ex spiritu sancti gratia tantum perficimus & in bo-
 na domini tantum procedimus. quousque deuotio diuis
 stulticiae irrorata & quod amplius est in ebria
 ra nesciat quid loquatur. quod pulchre figu-
 ratum legitur. i. Re. v. de. Anna legitur
 quod orans tantum labia eius mouebantur. estima-
 barque eam hely temulentam dicens ad eam. Quo-
 usque ebria es. digere paulisper uinum quod mades-
 ce qua deuotione di. bern. **F**lagras amor pro
 ferimus diuis. cum se intra se cohibere non
 preualet. non attendit quo ordine qua lege
 uerborum ebulliat. **S**ed ad perfectio-
 nem deuotionis faciens est illud. cum iam dicta
 deuotio in tantum ulterius perficit quousque omnia
 corporalia sensibilia & omnium imaginabiliu
 fantasmata ab oculis cordis penitus euane-
 scunt. nil omnino sentiens nisi deum. de hac
 deuotione dicit aug. **A**d hoc debet conari omnis
 qui tendit ad perfectionem. ut non solum pro-
 cupie in inuantur sed etiam sensibilia extin-
 guantur. & subiungit. **Q**uid est enim perfectio
 boni nisi consumptio malis. de hac deuotione di.
 bern. **R**ex cupiditatis non tenere humane
 uirtutis est. corpus uero similitudinibus specula-
 to non inuolui angelice puritatis est hic di.
 Anthonius in collationibus par. **N**on est per-
 fecta oratio in qua si monachus hoc ipsum
 quod orat intelligit. **T**ercium faciens ad de-
 uotionis perfectionem consistit in orationis
 siue locutionis omnimoda deflectione ut in diuis &
 in bonis domini tam profunde homo dei sit ab-
 sorptus quod penitus nil loquatur. & hoc est quod
 tendit dominus. **M**at. quendam exhortans quod vi-
 ram actuam in quinque talentis bene dispen-
 sauit cum dixit. **E**uge serue bone &c. usque in

tra in gaudium domini. **A**c si diceret. quod boni dispen-
 sasti exteriora. nunc ordo postulat ut ad inte-
 riora te conferas gaudia domini contempla-
 do. **D**e hac obmutescente deuotione. dicit
 Gregorius tunc facundius deo loquimur
 cum in eius laude obstupescendo obmutes-
 scimus. **A**d quam deuotionem.

LXXV.

De sancto bartholomeo.

Acta est conten-

tio inter discipulos &c. Lu. xxiij.
 di. grego. **I**n nobismetipsis non
 nunquam debemus transformare quod legimus
 ut cum post auditum se animus excitat ad
 operandum quod audierit. vita concurrat. **E**c-
 ce in uerbis euangelij audiimus discipu-
 los de maiestate non mediocriter contendisse.
 ex quibus unus erat gloriosus iste prin-
 ceps **B**artholomeus apostolus qui uirtuosa
 contentione de mundo carne dyabolo glori-
 osissime triumphauit. & ideo ad singularem
 eius gloriam euangelium de contentione le-
 gitur in euangelio. **E**x quibus uerbis & factis nos
 instruimur ut & nos quomodo magnum fieri possu-
 mus efficaciter contendamus. nam secun-
 dum diuersitatem status debet etiam in no-
 bis diuersitas affectionum transformari. **P**ec-
 catores enim ad hoc nituntur & laborare debent.
 ut infernum effugiant. boni ut ad regnum
 perueniant. sed ualde boni ut de magnis san-
 ctis in celo fiant. **U**nde autem discipulorum
 contentio ortum habuerit vel de qua maio-
 ritate. utrum seculari uel spirituali contem-
 derint. **U**trum ambitio dignitatis. uel amor
 humilitatis qua se inuicem honore preueni-
 re uoluerint di. **B**eda non esse cognitum. nec
 est necessarium scire. quia non est de necessitate
 salutis. **S**ed ex hac euangelica lectione
 moniti contendamus & nos quibus exerci-
 tibus magni in celo fieri ualeamus. hoc enim
 discipuli domini (de carnali uita permissio-
 ne spiritus sancti in spiritualem translati)
 toto conamine intendebant ut uidelicet hic
 per uite meritum & illic in gloria magni fi-
 erent apud deum. **S**i enim ut ait iob. iij.
 paruus & magnus ibi sint. quis non nisi
 mentis inops ibi magnus fieri nou appetat